dandorũ ſuorum cauſa poſtulauiſſet uas fac-
tus eſt / alter eius ſiſtendi : ut ſi ille non reuer-
tiſſet moriendũ eſſet ſibi ipſi . Qui cũ ad diẽ
ſe recepiſſet admiratus eorũ fidem Tyrann⁹
petiuit ut ſe in amicitiã tertiũ aſſcriberent
Athenienſes cũ perſarũ impetũ nullo modo poſ-
ſent ſuſtinere : ſtatuerentq; ut urbe relicta cõ-
iugibus : & liberis Troezene depoſitis naues
conſcenderent : Libertatẽq; Grecie claſſe defen-
derent : Cirſilũ quendã ſuadentẽ ut in urbe
manerent Xercemq; reciperent : Lapidibus
obruerunt : Atq; ille ſequi utilitatẽ uidebat.
Sed ea nulla erat repugnante honeſtate .
Temiſtocles poſt uictoriã eius belli . quod cũ
perſis fuit : dixit in concione ſe habere conſiliũ
Rei . pu . ſalutare ſed id ſciri nõ opus eſſe : po-
ſtulauit ut aliquẽ populus daret : qui cum
comunicaret . datus eſt Ariſtides . Huic ille
claſſem Lacedemoniorũ que ſubducta eẽt
a Gytheum clam incendi poſſe : quo facto frã-
gi Lacedemoniorũ opes neceſſe eſſet .
Quod Ariſtides cũ audiuiſſet in contionẽ ma-
gna expectatione uenit . Dixitq; perutile eẽ
conſiliũ : quod Temiſtocles afferret : ſed minime

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 172, f. 97r – Anthologia latina
(http://www.e-codices.ch/fr/fmb/cb-0172/97r)